

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 13tium

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

Pro. lris hominum amabo in aeternum.

Caput 13. ^{2um}
Aspirationes ad Deum ob eius scientia
et sapientiam.

Domine Deus si regina Saba sapientia
 Salomonis ^{sansperere} in tantum admirata est, ut non
 haberet ultra spiritum, quomodo ego non admi- 3 reg. c. 10
 rebor sapientiam tuam, qua in immensum ~~superat~~ ^{superat} ~~salomonis~~ ^{salomonis}
 sapientiam Salomonis superat; video enim ^{hujus regis}
 omnem hujus regis sapientiam non esse nisi velu-
 ti guttulam de immenso sapientia tua pelago
 promanantem. Tanta enim et talis est sapientia ac scientia
 tua o Domine Deus, ut quidquid cogitabile est,
 aut ~~ab ea~~ ^{ca se} per totam aeternitatem ordinari et sta- ^{gaudetia excogitari}
 tui potest, ^{momento} perspicue cognoscas. Omnes namq; res si-
 ve praeterita, sive praesentes, sive futura, sive etia
 impossibiles in conspectu tuo sunt posita, nec est quid-
 quam, quod se latere valeat. ^{non igitur} ~~An igitur non me~~ ^{Quidni in summe}
~~riti exultabo~~, quod habeam tantum Dominum, cui
 nuda et aperta sunt omnia, qui nec fallere, nec fal-
 li potest; cui proinde si adhaesero, nunquam a vero
 deflectam, quem si amavero, ^{exundabit in anima mea fluvium pacis}
~~etiam de sua sapientia ac ceteris~~ ^{honoru suorum.}
~~omni fuit~~
 O dulcissime Deus, quam suavis est haec confide-
 ratio anime meae. Profecto ^{frustra} ~~perdit~~, quae vivit, qui
 in sui recordationes se non occupat, qui in se solo
 non delectatur, qui tibi adherere non concupiscit.

2. Verè magnus es Domine Deus, et Sapièntia ac Scien-
 tia tua non est numerus; clarissimè quippe cognoscis
 omnia genera ac species rerum creatarum visibiliù
 et invisibiliù: Scis numerum innumerabilem an-
 gelorum. Numeras etiam multitudinem Stellarum
 et eis nomina vocas. Probè insuper noscis, quot un-
 quam fuerint homines, quot modo sint, et quot futu-
 ri sint. Nota ^{tibi} etiam est altitudo coeli, latitudo ter-
 rae, profundum maris, et quidquid in eis est. Haec ideo
 scis, quia tu ea fecisti, clamant enim omnia, ipse fe-
 cit nos, et non ipsi nos. Et licèt attingas, et penetres
 à fine usque ad finem, et à summo usq; ad infimù
 omnibusq; te penitissime insinues, nihilominus mi-
 nime ^{tamen} cum ulla re confundis, et permixces, nec la-
 be minimà contaminaris, sed semper in tua pul-
 chritudine, ac decore permans. Haec omnia sunt
 mirabilia, et incomprehensibilia Domine Deus, et
 ideo horum contemplatio facile cor meum ad te
 trahit, et totum se tibi devincit. Domine Deus
 virtutum quis similis tibi?

ps. 146
 omnibus

In quia omnia
 te penitissime insi-
 nuas, unumq; sagis
 insinuas penetras
 et licet

3. Sed est o Domine Deus, quod animam meam
 summo opere letificat nempe mirabilis Scientia
 tua ex me: Siquis enim ^{hominum} hominum, et om-
 nium ^{animarum} animarum, quae ad illud ^{optima} noscitur
 habes, sic ^{etiam} et patris mei dicitur, scis etiam ab ater-
 no, quod nomen, quos parentes, qua et quanta ope-
 ra bona et mala, quem statum, quam conditionem,
 quod genium, quod iudicium, quantas vires, qualem

quod omnia coru
 que me quome
 decumq; conser-
 vant, omnia
 da habes, notitia.
 praesig. necesse est.

propensionem habiturus essem. Scis praeterea omnes cogitationes meas de longe, scrutans corda et renes Deus. Imperfectum meum etiam viderunt oculi tui, quia in libro tuo omnia scribuntur. Agnoscis insuper omnes necessitates meas. Vides omnia desideria cordis mei. O Domine Deus, quis se tibi non totum tradat et committat; cum enim sis sapientissimus simulq; piissimus pater, qui diligis diligentes te; ~~nece se proxtus est, ut~~ omnia dirigas, ac disponas in bonum eorum, qui tibi adherent, et spem suam in te collocant. O sapientia infinita, qua statuis, et disponis omnia in numero, pondere et mensura; eadem, obsecro, ratione dispones omnes anima mea, augens in ea numerum divinarum illustrationum, pondus ferventium affectionum, ac superfluentem mensuram gratiarum tuarum.

Caput 124^{um}

Aspirationes ad Deum ob eius providentiam

1. Providentia tua Domine Deus gubernat omnia, quae sunt in caelo et in terra à Supremo Angelo usque ad minimum vermiculum; tibi namq; cura est de omnibus; neq; enim ullus passer est in oblivione coram te, sed et capilli capitis mei à te numerati sunt. O Domine Deus meus si ad passeres, si ad capillos ca-